Quelle: https://manuscripta.at/?ID=60
Copyright: Klosterneuburg, Augustiner-Chorherrenstift



aut aliter prout honestas pro loco et tempore suadet
Cum parvis birretis vel pileis in via ~~[illegible]~~ decenti
bus deferre debebunt. Infra vero septa monasterio
rum et locorum suorum a festo omnium sanctorum usque ad
festum pasce iuxta ordinacionem Benedicti pape duode
cimi cappas a parte anteriori apertas debite lon
gitudinis in locis et temporibus constitutis cum almucijs
honestis et sarrocijs super humeris trium et
in lateribus infra ad latitudinem quatuor vel circa
digitorum clausis iuxta locorum suorum consuetudines
canonicis deferendas fore censemus. Reliquo
vero tempore sarrocijs ut premittitur ~~ut~~ clausis cum sup
pelicijs atque almucijs honestis ac decentibus
pro locis et temporibus constitutis eosdem uti debere
religioni congruum similiter visum est. De
Balneo et minucione. C xxxiij
Si cuique fratrum minucionis usus pro sanitate conservanda
vel restauranda necessarius fuerit illi exhibendus est
etiam renitenti quatenus pro corpore sanitatis debitum vigorem
ad propositi sancti observacionem fortiores reddantur.
Si quis vero aliter quam necesse sit hoc querat nequaquam
ei hoc superioris providencia assenciat. Licencia
itaque superioris super hoc habita qui necessitate habuerit
minuat et pro facultate domus largioribus ferculis
illi exhibitis in infirmitorio triduo remanere
poterit. Deinde in capitulum veniat et pro neglige
ncijs sese accusans penitenciam suscipiet ex inde quoque
in ordinem suum revertatur. Usui preterea balneorum
quem secundum superioris providenciam fratribus servata honestate
exhibere consuevimus si qua necessaria fuerint nullatenus
denegentur. De conservacione et concessione
librorum capitulum xxxiiij.
In denitatibus monasteriorum et locorum nostrorum pro
videre et dispendijs que ex concessione incauta